

dictus Croner civis in Zwickow pro labore requiem conventui faciens mansum unum in villa Lom solventem marcam argenti et in Podebricz mansum et dimidium solventes XXV solidos exemit a Conrado dicto de Waldenberg cive in Aldenburg et per manus nostras nomine oblacionis prefate ecclesie contulit, hoc statutum de totali censu faciens, ut inde primo deriventur quinque solidi expendendi in duobus anniversariis videlicet suo et fratris sui Rudolphi sacerdotis ita, ut in quolibet anniversario per custodem dentur sex denarii ad candelam, que per noctem ardeat et duo solidi ad emendam prebende conventui ministrentur, dum modo pars residua, que predictarum missarum oblacio vocatur, per singulos solidos distinguatur et unus solidus ad consolacionem conventui detur diebus singulis, in quibus predictas missas secundum formam prehabitam celebrabit. In horum testimonium tam dominus noster Th[eodericus] burgravius de Ald[enburg] quam nos hanc paginam sigillis nostris dedimus roboratam. Acta sunt hec anno domini M^oCCC^o primo, indictione quarta decima.

a) spalmista (A) b) so (A)

35. *Vogt, Bürgermeister und Rat zu Zwickau beurkunden, dass Konrad von Ebersbrunn (Alvolsburn) und Hermann Sutor von Geithain der Katharinenkirche in Zwickau einen Jahrzins gestiftet haben.*

1303 April 18

*Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, IIIx¹ 141b (Zwickauer Rechtsbuch), fol. 11v^(Sp. 2)–12r^(Sp. 1); Rubrum: Privilegium super duorum sollidorum census ecclesie sante Katherine assignatum (B). — Edition: Weller, *Altes aus allen Theilen der Geschichte II*, S. 579 f.*

In nomine domini amen. Nos Cunradus advocatus, Cunradus de Salburg magister consulum, Heinricus scultetus Brunonis filius, Petrus Magnus, Petrus Wigandi, Hermannus de Lapidibus, Jordanus Franciscus, Johannes Egereri, Albertus | de Werde institor, Lupoldus Soberlini filius, Wertherus de Porta, Cunradus Scriptor in via Lapidum consules sive iurati in Zwickouwe recognoscimus et publice protestamur hoc tenore, quod Cunradus de Alvolsburn felicis memorie et Hermanus Sutor de Giten assignaverunt iusto censu duos solidos ecclesie sante Katherine pro salute anime eorum et omnium suorum antecessorum festo Michahelis nunc instante unum solidum sequenti festo Walpurgis unum solidum, sic singulis annis persolvendis iure perpetuali, unde ne hoc factum ab aliquo infringatur aut aliqua dissensio in posterum oriatur presentem litteram conscribi fecerunt. Testibus prenominatis et sigillo burgensium communitam. Acta sunt hec anno domini M^oCCC^oIII^o, datum feria quinta Valeriani, XIII^o kalendas^{a)} maii.

a) kalenda (B)